



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

Coloniæ Agrippinæ, 1687

7. Considerationes super votis & Regulis Religionis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

6. Deinde reflectes supra te ipsum, & proposita convenientia concipes. Poteris etiam (& quidem multò melius) particularem aliquam illius virtutem, aut aliquod ex illius exemplis, atque illud considerare eo modo, quo diximus cap. 6. ubi ostendimus quomodo in materiis intellectualibus dilatare te debeas.

7. *Considerationes super votis & Regulis Religionis.*

De votis. **M**odus meditandi de votis est omnino similis modo, quo quis meditari debet super aliqua virtute, adjungendo duntaxat strictas illas obligationes, quas habemus illa integrè & perfectè servandi. Verum super *Regula, Constitutionibus & sanctis Religionis praxibus* considerabis:

Puncta meditacionis circa Regulam alicujus stologatio-ne fungi-mur. 1. Illas non esse nobis praescriptas ab hominibus, sed ab ipso Deo, cuius hac in parte homines fuere vicarii, dicente Salvatorem nostro: *Qui vos audit me audie, & qui vos spernit me Religionis, spernit.* Apostolus etiam primis Christianis *Pro Chri-* aliquid præcipiens inquiebat: *Principio non ego, sed Dominus.*

2. Cor. 5. 20 2. Illas esse efficacia media à Deo ad nostram prædestinationem ordinata, sine quibus periculum manifestum incurrimus in graviora vitia prolabendi, arque ita salutis nostræ discrimen adeundi.

1. Cor. 7. 10,

3. Illas esse aestimatas, honoratas & ad amissim observatas à pluribus Ordinis nostri magnis sanctis, qui etiam illarum beneficio & observantiâ sanctitatem amplissimam sunt consecuti.

4. Dei

4. Dei illas nobis præscribentis intentio-
nem pariter fuisse, ut nos sancti evaderemus.

5. Quantum animabus nostris illæ confe-
rant emolumenti , omnes imperfectionum
quarumvis occasiones preſcindendo , & in
nobis vices quasi quorundam obeundo repa-
gulorum , quibus violenti naturæ nostræ im-
petus cohibeantur, atque intra suos limites co-
erceantur.

6. Considerabis denique, quanti illas hac-
tenus æstimaveris, & num illas fideliter ob-
servaveris. posteaque propones illarum obser-
vantiae inviolabiliter atque immobiliter dein-
ceps insistere.

*8. Considerationes super sententiis
sacrae Scripturae.*

Si cupis meditari super sacra Scriptura , ali-
quas oportet ex illa tibi feligas sententias,
quas deinde de verbo ad verbum expendes,
tantumque cuilibet insistes, quantum affectus
invenies, quolibet in punto supra teipsum re-
flectens, ut intelligas, quid inde elicere possis
spiritualis emolumenti.

Quòd si tamen modum hoc in argumento
te dilatandi nosse cupias. Considerabis

1. Quis ille sit , qui hancce veritatemi edi-
xit.

2. Quo fine, sensu & affectu illam pronun-
ciaverit.

3. Quomodo illam ipse prius in praxin re-
degerit.

4. Quid à nobis exigat Deus consequenter
ad veritatis istius cognitionem.

s. Quale